



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XXII. Omne.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XXII.

Omne.

Axioma I.

OMNE qui dicit, nihil excludit. l. *Ju-
niano* 68. in princ. ff. de legat. 3. l. hoc. ar-
tículo 29. ff. de hered. institut. l. pediculis
32. §. Labeo 6. de auro. & arg. legato. l. si
quis 7. ff. de pecul. leg. l. si cui servi omnes
52. ff. de legat. 1. l. pœnales 32. §. fin. ad
leg. Falcid. l. à procuratore 13. C. mandati.
cap. solita. de majorit. & obed. Tiraquel.
in l. si unquam. verb. totam. num. 1. C. de
revoc. donat. Barthol. Perett. ad extr. avag.
ambitiosæ. de rebus Eccles. non alien. p. 92.
num. 17. Thom. de Thomasset. in florib. le-
gum. reg. 25. 2. Burg. de Pace conf. 25. num.
28. Bertazol. de clausul. instr. claus. 4.
gloss. 3. num. 1. & claus. 21. gloss. 3. num. 1.
& in repet. l. si quis major. C. de trans-
act. num. 205. & 707. Escob. de ratiocin.
cap. 7. num. 47. & cap. 18. num. 3. Menoch.
conf. 156. num. 23. & conf. 202. num. 23. &
conf. 392. num. 2. & conf. 628. n. 11. & 15.
Pichard. ad pr. Instit. de adempt. legat. n.
30. Surd. decis. 265. num. 30. Flamin. Parif.
de resignat. benefic. tom. 2. lib. 11. quæst. 3.
num. 16. Mari Anton. var. resolut. lib. 1.
resolut. 70. num. 18. Gonzal. ad reg. 8. Can-
cell. gloss. 6. n. 21. Cald. Pereira de empt. &
vendit. cap. 9. num. 5. (Aymon. Cravett.
conf. 294. ubi integro consilio hanc regu-
lam amplificat & declarat. conf. Hering.
de fidejuss. 24. 224. Est enim signum
universale quod orationem facit univer-
salem. Bart. in l. generali. §. uxor. num. 34.
de usufr. legat. Dec. conf. 30. Et protenus.
num. 4. ita ut omnia complectatur, quæ
illa universitate concipi & comprehen-
di possunt, nullo penitus excepto. Dec.
conf. 29. in fin. Laurent. Sylvan. conf. 95.
num. 17. Frider. de Senis consil. 84. We-
senb. 1. conf. 93. n. 6.

Declara; hanc regulam loqui de acti-
bus humanis, non legis: Legis enim locu-
tio semper accipienda est, cum casibus
ab alia L. exceptis, v. c. Fidejussio acce-
dere posse dicitur omni obligationi l. 1.
ff. de fidejuss. quod tamen restringitur in
l. 8. §. 3. & seqq. ff. eod. ita ut turpi non ac-
cedat. vid. Zaf. 1. sing. respons. cap. 7. &
Petr. Faber. 2. semestr. 24. p. 393. (Notabi-
lis etiam est limitatio apud Cujac. ad l. 7.
C. de præscript. 30. annor. ibi non dicam.
dum ait: possum verè affirmare non du-
ci idoneum argumentum ex particula
nullus vel omne: nam omne non semper
comprehendit omne, & hic articulus nul-

lus non semper recipit quemcumque: pot-
est enim omne etiam dictum esse secun-
dum quid, non simpliciter, v. c. si quis di-
cat, nulla actione tenetur, ne quidem in
factum aut de dolo; falsum id erit. per l.
14. pr. de præscriptis. verb. item si quis di-
cat ex l. 21. §. 1. de pact. pactum nihil prode-
rit. Ergo neque ad doli exceptionem, i-
tem in iudicium communi dividundo
omnes res veniunt. l. 13. princ. Comm. di-
vid. Ergo etiam incorporales. Idem est
si quis colligat Vasallum Dominum con-
tra omnes debere defendere. Ergo & per
consequens Imperatorem, item & in hoc
argumento: Omnis Masculus potest post-
humum scribere. l. 4. de liber. & post-
hum. Ergo etiam Spado? Negatur enim
consequentia, quia omnis ille masculus
qui liberos tollere potest in majori intel-
ligitur, quod heredem habere possit. arg.
l. 6. §. 2. de iure patron. Cujac. ad l. 6. de
liber. & posth. Ita & in hoc argumento:
Cujuscunque filiam uxorem ducere non
licet, ejus neque neptem permittitur, §. 3.
Instit. de nupt. Atqui v. c. Titia filiam,
Sejam, à patre suo adoptivam (adeoque
sororem tuam adoptivam) non potes u-
xorem ducere, §. 2. Instit. eod. E. neque
neptem Titia, h. e. filiam Seja sororis tuæ
adoptivæ potes uxorem ducere, quod est
contra d. §. 3. Neganda itidem consequen-
tia, quia major propositio etsi universalis
sit, secundum quid tamen est intelligenda,
nempe respectu paternæ reverentiæ,
quæ non est in filia sororis adoptivæ. Si-
milis exempla vide in l. 13. C. de mandat.
§. 1. Instit. de donat. l. 13. §. de constit. pe-
cun. l. 1. de legat. 1. §. ult. Instit. de
Codicill.)

II.

OMNIA nostra facimus, quibus au-
thoritatem nostram impartimur. l. 2. §.
sed neque. vers. sed omnia. de vet. jur.
Enucl. Vide sup. lib. 12. cap. Nostra.

CAPUT. XXIII.

Onus.

Axioma I.

Onera generaliter enunciata comprehen-
dunt omnia, quæcumque enumerari possunt.
Bald. 1. consil. 112. Incip. queritur, qui intelligantur
laboratores. n. 3. Sylvan. consil. 66. n. 12. Rol. à
Valle consil. 5. n. 43. & seq. vol. 1. Bertazol. 1. con-
sult. decis. conf. 27. n. 14. quod in privilegio im-
munitatis concessio verbis generalibus illu-
strant Alexand. conf. 30. ponderatis. col. 4. num. 12.
vol. 2. Bertazol. 1. conf. 21. n. 1.

(E) 4

II. One-